

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Louis VII the Young, King of France. Royal Charter confirming the charter made by King Louis VI in 1112 made out to the 'infirmis qui leprosi dicuntur...in ecclesia de Caciaco habet' dated 8th December 1172. extract of the titles relating to the Duchy d'Orleans.

- Transcribed in: Piéces Justificatives [doc. no. 27] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p.lxi-lxii
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLJ, Malta, 2011.

8.xii.1172 Paris	Louis VII the Young	Charter reconfirming the charter made by his father Louis the Fat to the Hospital of Saint-Lazare-lés-Orléans in the year 1112 [vide doc.1 above]
---------------------	---------------------	---

Illi nomine Sancte & individue Trinitatis: Amen.

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex, omnibus in perpetuum. Ea quae Ecclesiis Dei & earum cultoribus antecessorum nostrorum regum Franciae in eleemosinam ardens donavit devotio, & ea praecipue quae infirmis qui leprosi dicuntur, qui propriis destituti sunt viribus, largiti sunt, nos quoque concedere & rata habere volumus & debemus. Nolum itaque facimus universis praesentibus pariter & futuris, quod pater noster Rex domui infirmorum, quae est in suburbio Aurelianis sita, totam partem suam quam in ecclesia de Caciaco habebat, in pace possidendam, omni eo modo qua ipse eam in propria habebat, amore Dei donavit, ut scilicet (salva reverentia ecclesiae Aurelianensis) liceat eis ibidem constituere sacerdotem; & dedit unam terrae carucatam apud Arzillerias libere possidendam, & usus proprios ubique in omnibus boscis nostris ad edissicandum & comburendum iisdem infirmis concessit: Nos vero vestigiis ejus inhaerentes, & eleemosinae quam fecit volentes esse participes, omnia ista sicut ea fecit pater noster, & infirmi juste & in pace usque in praesentem diem ea tenuisse dignoscuntur, rata habemus, concedentes & praecipientes, ut partem praedictam ecclesiae de Caciaco, omni eo modo quo supra dictum est, in pace & quiete teneant infirmi, & apud Arzillerias carucatam terrae, liberam & mansionem, ac domum in eadem terra constructam, & proprios usus ubique in omnibus boscis nostris, tam ad edissicandum quam ad comburendum, habeant in perpetuum. Quod ut ratum alque inconveniendum permaneat,

Order of Saint Lazarus: Primary sources

scripto commendari, & sigilli nostri auctoritate confirmari praecepimus. Actum Parisiis anno Verbi incarnati millesimo centesimo septuagesimo secundo, astantibus in palatio nostro quorum subscripta sunt nomina & signa. Comitis THEOBALDI, Dapiseri nostri; MATHEI, Camerarii; GUIDONIS, Bulicularii; RADULPHI, Constabularii.

Data per manuam HUGOensis, Cancellarii & Suessionensis Episcopi, octavo kal. decembris.